

OFFICIA PROPRIA  
AD USUM  
**DIOECESIS SECCOVIENSIS**  
A SS. DOMINO NOSTRO  
**PIO PAPA X**  
APPROBATA  
NECNON JUSSU ET AUCTORITATE  
**CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI**  
DOMINI DOMINI  
**FERDINANDI I**  
PRINCIPIS EPISCOPI SECCOVIENSIS  
EDITA.

EDITIO SECUNDA

RATISBONAE  
SUMPTIBUS FRIDERICI PUSTET  
MCMLI

# FERDINANDUS

## DIVINA MISERATIONE

PRINCEPS-EPISCOPUS SECCOVIENSIS  
UNIVERSO VENERABILI CLERO SALUTEM ET BENEDICITIONEM  
A DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO!

**A**nno 1914 Officia Propria Dioecesis Seccoviensis juxta  
Calendarium novum ordinata et a S. Rituum Congre-  
gatione die 21 Martii 1914 approbata edita sunt.

Cum haec editio penitus exhausta sit, hisce eam, non-nullis officiis auctam, innovamus.

Mandamus igitur, ut nova editio Proprii Seccoviensis a venerabili Clero Dioecesano a festo Ss. Trinitatis 1951 in persolvendis horis canonicis adhibeatur.

Graecii, in festo Nativitatis Domini 1950.

**Ferdinandus  
princ. eppus.**

## OFFICIA PROPRIA

# DIOECESIS SECCOVIENSIS

### PARS HIEMALIS

Concordat cum Originali

Graecii, die 24 Decembris 1950.

(L. S.)

No 7203.

Graecii, die 24 Decembris 1950.

Msgr. Dr. R. Rosenberger,  
secr.

Siener,

Vic. Gen.

✠ Ferdinandus,  
Princ.-Episc.

Die 19 Januarii

S. Severini

Abbatis, Confessoris

(d. a. ex hujus)

Duplex (m. t. v.)

Oratio

**I**ntercéssio nos, quáe-  
sumus Dómine, beáti  
Severíni Abbatis  
comméndet: ut, quod  
nostris méritis non valé-  
mus, ejus patrocínio asse-  
quámur. Per Dóminum.

Et fit Commem. Ss. Marii  
et Socior. Mm. et S. Canuti  
Mart.

In II Nocturno

Lectio iv

**S**everinus defuncto Attila  
ex Oriéntis pártibus vé-  
niens, in Nóríci Ripénsis,  
et Pannóniae confínio  
monásticae vitae institú-

Propr. Seccov. P. Hiem.

tum sanctissime cóluit.  
Sensit ejus opem tam in  
famis quam hóstium perí-  
culo Faviána cívitás, nunc  
Viénna Austriae dicta, ubi  
erécto extra muros mona-  
stério frequens fuit: nec  
ejus beneficiórum Passa-  
viénses expértes fuére;  
apud quos, pósita ad Bo-  
itrum trans Oenum cella,  
cum paucis mónochis ali-  
quándiu commorátus est.  
Dénique ádeo ejus apud  
Deum mérita et oratió-  
num vis incláruit, ut multa  
eum óppida et civitá-  
tes afflictis rebus súppli-  
ces invitárint, confisae, ut  
re probátum est, ejus pat-  
rocínio ab inféstis hóstii-  
um incursiónibus, et clá-  
dibus se tutas fore.

**R.** Honéstum fecit illum  
Dóminus, et custodívít  
eum ab inimícis, et a se-  
ductóribus tutávit illum:

\* Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. \* **Et.**

**Lectio v**

**M**ulta Deo revelante occulta cognovit, multa propheticō sp̄itu futura praedixit, ac impendētia mala poenitentiae, ac pietatis op̄eribus avētere, exēmpto et verbis dōcuit; multis dēnique ad illum confugiētibus aegritūdinem étiam desperatārum sanitātem a Deo impetravit. Corpus assiduis jejuiniis in servitūtem redigens, nullis étiam frigidissima hīeme calceamētis, nec álio strato, quam cilicio supra pavimētum utebātur, hábitu, quem gestabat, numquam depōsito. Admirabilem hanc vitae rationēm animi demissio praesertim commendābat, dum se, suaque despiciens, aliōrum preces étiam cum lácrimis expetēbat. Precationi, rerūmque divinārum contemplatiōni impēnse deditus, ut libērius Deo vacaret, hōminum frequētiām saepe fūgiens, semota loca petivit: unde tamen divinitus ad aliō-

rum utilitatem, quorum mira caritatē flagrābat, evocabātur. Sed ut oblātum Ep̄iscopi munus susciperet, nullis prēcib⁹ addūci pōtuit.

**R.** Amāvit eum Dōminus, et ornāvit eum: stola gloriae induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dōminus lorīcam fīdei, et ornāvit eum. **Et.**

**Lectio vi**

**D**énique óbitus sui diem longe ante præsciens, cum tríduo láteris dolore laborāret, nocte convocatis ad ósculum frātribus, eosdem ad humilitatis, puritatis, omnisque sanctitatis stūdium adhortatus, Sacramēto Communiōnis accépto Crucis signo extēnsa manu se mūniens, cum Psalmus: Laudāte Dōminum in Sanctis ejus, quem ipse inchoáverat, canerētur, sub illo versículo: Omnis sp̄itus laudet Dōminum, sexto Idus Januārii sp̄iritum Deo réddidit. Sexennio post Normānnis, quod Severinus futūrum praedixerat, in Italiām migrantibus, beāti viri corpus, ut vivens monūerat, discipuli asportatūri,

effōsso sepúlchro, quod admirabilem odoris suavitatem exhalābat, illud plane integrum invenēre. Quod comitātibus miraculis in Italiām delātum, atque in Luculāno honorifice primo cōditum, deinde Neāpolim translātum est.

**R.** Iste homo perfecit ómnia quae locūtus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrēdere in réquiem meam:

\* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémptit vitam mundi, et pervenit ad caelēstia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Ecce nos relíquimus, de Communi Abbatum 1 loco.

IX Lectio Ss. Marii et Socrorum Martyrum et fit eorum Commemoratio et S. Cagnuti Martyris in Laudibus.

**Index alphabeticus**

Severini Abb., Conf., duplex. 19 Jan. . . . . 5\*